eritque percurrendum, quæ hominibus bello ſoleant accidere calamitates. Ad hoc item oſtendendum, quæ victoriam ſolent in bellando efficere, ea hoſtibus magis adeſſe. Hæc autem ſunt, quæ paulò antè commemorauimus. Futurũ itaque bellum ex iis rebus diſſuademus. Quòd ſi ab inſtanti bello quieſcendum eſſe cohortabimur, ſiquidem conſultores ſuperiores fuerint, hoc ipſum primum dicendum erit, decere eos, qui mente valent, haud operiri quoad caſum eant, ſed cùm vincũt, pacem faciundam iis eſſe. Deinde quoniam ea belli natura ſit, vt pleroſque ex eis, qui ſecunda in eo fortuna primum vſi ſunt, ad poſtremum perdat: pacis verò contrà, vt & victos ſeruet, & victoribus rerum bello adeptarum fructũ adferat. Exponendum etiam erit, eas, quæ in bello cùm multę, tum varię mutationes fieri ſolent. Qui ergo ſuperiores in bello fuerint, ex huiuſmodi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autẽ, quibus aduerſæ in bello res extiterint, tum ex ipſis caſibus exhortabimur: tum verò à quibus iniuriam antè ſuſceperint, ſuis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergant: tum ex iis periculis, quæ antea, quàm pacẽ noluiſſent, perpeſſi fuerint, tum denique quòd ſatius partem aliquam ſuarum fortunarum potioribus ipſis cedere, quàm bello periculoſè decernere, quo ipſi vnà cum ſua re pereant. Summatim autẽ id ſciamus oportet, tunc ſolere omnes homines bellum inuicem ſoluere, cùm aut iuſta hoſtes rogare arbitrentur, aut cùm aduerſus ſocios vlla fuerit exorta contentio, aut bello defatigati ſint, aut aduerſarios timuerint, aut ipſi inter ſeſe diſſideant. Quamobrem quæ ex his omnibus, atq. horũ ſimilibus accõmodatiſſima in rẽ fuerint colligens, quàm facillimè & de bello poteris, & de pace diſſerere. Reliquum eſt vt de pecuniis comparandis iam ſequamur. Primùm igitur conſiderandum erit, ſi quid ex vrbis poſſeſſionibus neglectũ eſt: quod neq. reditũ afferat, neq. diis immortalibus dedicatum ſit: veluti ſunt quidam publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouentus, vbi ij priuatis hominibus aut vẽditi, aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. Huiuſmodi nanq. cenſus omniũ maximè cõmunis eſt ſemper. Quòd ſi nihil ſit huiuſmodi, neceſſe erit pro ſingulorũ copiis tributa inferãtur: vt pauperibus quidẽ indictũ ſit, corpora, locupletibus autem pecunias

A διεξιόντα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἀτυχήματα τοῖς ἀνθρώποις. πρὸς δὲ τούτοις, τὰ πρὸς νίκας συντείνοντα τοῦ πολέμου τοῖς ἐναντίοις ὑπάρχοντα μᾶλλον, δεικτέον. ταῦτα δέ ἐστιν, ἅπερ ἀρτίως κατηρίθμηται. γίνεσθαι μὲν οὖν μέλλοντα πόλεμον, ἐκ τούτων ἀποτρεπτέον. ἤδη δ' ἐνεστῶτα παύειν ἐπιχειροῦντας, ἐὰν μὲν κρατῶσιν οἱ συμβουλευόμενοι, B αὐτὸ τοῦτο πρῶτον λεκτέον, ὅτι δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας μὴ περιμένειν ἕως ἂν πέσωσιν, ἀλλ' ἐν τῷ κρατεῖν ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην. ἔπειτα διότι πέφυκεν ὁ πόλεμος, καὶ τῶν εὐτυχούντων ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἀπολλύναι· ἡ δ' εἰρήνη, τοὺς μὲν ἡττωμένους σώζειν, τοὺς δὲ νικῶντας, ὧν ἕνεκεν ἐπολέμησαν, παρέχειν ἀπολαύειν· διεξιτέον δὲ τὰς C μεταβολὰς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ, ὡς πολλαὶ καὶ παράλογοι γίνονται. τοὺς μὲν οὖν ἐν τῷ πολέμῳ κρατοῦντας, ἐκ τῶν τοιούτων ἐπὶ τὴν εἰρήνην παρακλητέον· τοὺς δὲ ἐπταικότας, ἐξ αὐτῶν τε τῶν συμβαινόντων, καὶ ἐκ τοῦ μὴ παροξύνεσθαι τοῖς προαδικήσασι ταῖς συμφοραῖς πειθομένους, καὶ ἐκ τῶν κινδύνων τῶν γεγενημένων τοῦ μὴ ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, D καὶ ἐκ τοῦ κρεῖττον εἶναι τοῖς κρείττοσι μέρος τι τῶν ὑπαρχόντων προέσθαι, ἢ πολέμῳ κρατηθέντας αὐτοῖς αὐτοῖς κτήμασιν ἀπολέσθαι. συλλήβδην δὲ τοῦθ' ἡμᾶς εἰδέναι δεῖ, ὅτι τότε πάντες οἱ ἄνθρωποι τοὺς πολέμους εἰώθασι διαλύεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ὅταν ἤτοι δίκαια ἀξιοῦν τοὺς ἐναντίους ὑπολαμβάνωσιν, ἢ διενεχθῶσι τοῖς συμμάχοις, ἢ τῷ πολέμῳ κά- E μνωσιν, ἢ φοβηθῶσι τοὺς ἐναντίους, ἢ στασιάσωσι πρὸς σφᾶς αὐτούς· ὥστε τούτων τε πάντων καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων, τὰ τοῖς πράγμασιν οἰκειότατα συνάγων, οὐκ ἀπορήσεις ὅθεν χρὴ περὶ πολέμου δημηγορεῖν καὶ εἰρήνης. λείπεται δ' ἡμᾶς ἔτι περὶ πόρου χρημάτων διελθεῖν. πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, εἴ τι τῶν τῆς πόλεως κτημάτων ἠμελημένον F ἐστὶ, καὶ μήτε πρόσοδον ποιεῖ, μήτε τοῖς θεοῖς ἐξαίρετόν ἐστι. λέγω δ' οἷον τόπους τινὰς δημοσίους ἠμελημένους, ἐξ ὧν τοῖς ἰδιώταις, ἢ πραθέντων, ἢ μισθωθέντων, πρόσοδος ἄν τις τῇ πόλει γίγνοιτο. κοινότατος γὰρ ὁ τοιοῦτος πόρος ἐστίν. ἂν δὲ μηδὲν ᾖ τοιοῦτον, ἀπὸ τιμημάτων ἀναγκαῖον ποιήσασθαι τὰς εἰσφοράς. ἢ τοῖς μὲν πένησι τὰ σώματα παρέχειν εἶναι προστεταγμένον εἰς τοὺς κινδύνους·

τοῖς δὲ